

dō agens concurrat ad constitutionem compo-
siti, & ad vniōnēm formā cum materia, verē
agens dicetur generare, & erit generatio propriē
dicta, hāc autem cum reperiantur in productio-
ne hominis, certē productio hominis dicetur
vera generatio, & per consequens destrūctio ho-
minis vera dicetur corruptio: Ex quibus omni-
bus apparet inualiditas fundementorum Duran-
di, & Marcilij, nec videram adhuc ab aliquo so-
luta Marcilius argumenta, benē tamen Durandi,
quamvis ordinariē cītent Marcilius.

Num. 19.
Tent. auditor problemati-
cum, an res suc-
cessiua corrup-
ta possint diui-
nitatis repa-
rari: pro &
contra assert
argumenta.
& solvit.

Resolutio tertia. An res successiua corrupta
possint diuinitus eadem numero reparari valde
problematicum, imō satis incertum est; quare
sufficiet nobis rationes pro vitraque parte in me-
dium adducere, & in quantum fieri poterit,
foliure, graues enim auctores vitraque pars pro
se habet, vt vidimus initio partitionis.

*Qui ergo afferunt implicare contradic-
tio-
nem, his præsentim nituntur fundamen-
ta.*

Primum est: Implicat, quod prius sit po-
sterius: sed hoc sequitur, si res successiua ea-
dem numero redirent, ergo &c. maior pater:
minor probatur: Res successiua sunt quanta, &
proinde habent partes extra partes successiua, &
non permanenter; ergo habent partem prius,
& partem posteriorū; hoc enim est proprium
quantorum successiuum: repugnat igitur, vt
partes, quaerunt priorēs, sūntque præterita,
hant posteriores, quod tamē contingere, si ea-
dem numero res successiua redirent; partes enim
eius essent priorēs, in quantum iam transierunt,
fuerint verō posteriores, in quantum postea re-
dirent.

R
espondet ita tamen potest non esse de ratione
entis successiui, quod vig. pars A sit ante partē B,
& pars D ante partē C. sed de ratione entis suc-
cessiui tantū est, vt vna pars sit post aliā, siue
pars B post partē A, siue pars A post partē B,
& vt hoc euidentius fiat, supponit successiuum
constans ex partibus A, B, C, D. A prius transit,
deinde B, postea C, deinde D; quod si repar-
aretur idem numero successiuum tunc in repro-
tatione, A erit post D, qui ante quam corrumpe-
retur illud successiuum, D erat, & post corrup-
tionem, A rursus incipit esse, ergo, A erit post D,
sed hoc non implicat, quia vt dixi ad rationem
successiui sufficit, vt pars sit post partem, non ve-
rō requiritur, vt pars A sit ante partē B, au-
dici poterit, quod in illo numero successiuo
Deus reproducendo illud sit posturus D pri-
mum: deinde partē C, & sic de reliquis. Me-
lior tamen est prior responsio, ni fallor: potest
ergo Deus easdem partes motus, qua primō fue-
runt sub priori, facere sub posteriori, & sic eun-
dem numero motum reparare: item & facere
actionem, qua erat sub prioritate, facere in qua-
m sit sub posterioritate, & hoc est facere, vt ea-
dem actio, qua prius fuit, sit nunc posteriorū; po-
sterioritas autem, aut prioritas non variant enti-
tatem entis, nequidem entis successiui, de cuius
ratione, vt diximus, est tantum, quod partes flu-
ant, vna scilicet post aliā, non verō quod ista
sit prior, & illa posterior.

Secundum fundamentum: Perte motus ex-
ternus rotæ figuli, vt puta motus vnius hora po-
test idem numero hodie redire, in quo casu rotæ

figuli dicetur bis mota, nempe heri, & hodie; at
nullum mobile potest bis moueri, nisi sit aliqua
variatio; non sit autem variatio in mobili, nec in
mouente, nec in motu, vt supponit casus, alio-
quin non supponeretur idem numero motus,
ergo erit variatio in duratioне intrinseca motus,
nam supponamus celstāle motum coeli, vt acci-
dit tempore Iosue, tunc non erit variatio in du-
ratioне extrinseca, ergo in intrinseca; sed varia-
tā duratioне intrinseca variatur motus, ergo re-
pugnat rotam figuli moueri hodie eodem nu-
mero motu, quo mota est heri.

R
espondet ibi quandam esse variatio-
nem; non quidem mouentis, neque mobilis,
neque motus vt sic, sed duratioне intrinseca
motus, seu tantummodo variationem prioris,
& posterioris, qua variatio non est sic intrinse-
ca motu, vt sit idem atque ipse motus; tempus
enim etiam intrinsecum distinguitur saltem for-
maliter a motu, formalitate in secundo modo di-
cendi per se, seu est passio motus: vnde cum di-
citur, qua distinguuntur tantummodo formaliter,
non possunt separari ne quidem diuinitus,
seu repugnat vnum esse sine alio: qua distin-
guuntur formaliter formalitate tantummodo in
primo modo dicendi per se, concedo, sic licet
homo, & animal rationale distinguuntur forma-
liter, quia tamen non distinguuntur nisi forma-
litate in primo modo dicendi per se, idcirco re-
pugnat hominem esse sine animali rationali, &
vice versa; quia verō risibilitas, & homo distin-
guuntur formalitate in secundo modo dicendi
per se; ideo non implicat, quod sit essentia licet
homo, non concipiendo de illo risibilitatem:
ita in praesenti dabitur ens successiuum, sed quia
nummerus talis motus secundum prius, & poste-
rius talis entis successiui est tantummodo eius
passio, seu formalitas in secundo modo dicendi
per se, ideo nulla est implicatio diuinitus dari
tale ens successiuum, absque duratioне tamen
intrinseca, dabatur ergo duplex duratio, & ob id
illa rotæ figuli dicetur bis mota, non propter va-
riationem mouentis, aut mobilis, aut motus,
quia hæc omnia erunt vnum quid numero, sed
propter durationem duplice vnius motus.

Tertium: Quod ex natura sua postulat con-
tinuitatem, eius natura destruitur, si corrumpe-
tur, sed ens successiuum ex natura sua postulat
continuitatem, ergo si semel interierit, repugnat
iterum restituiri?

R
espondet, quod est successiuum in-
tereat, & postea restituatur, dicatur tamen con-
tinuum post sui restitutionem, habet enim par-
tes sibi continuas, vnde dum dicitur in argu-
mento, est de ratione continui, vt non inter-
ruptatur, concedo quoad partes, nego quoad
totum, id est continuum, vt continuum repu-
gnat habere partes discontinuas, at non repu-
gnat continuum quoad totum destrui.

Quartum: Deus non potest conferuare rem
successiuum, ne corrumpat, quia est de ratio-
ne entis successiui, vt corrumptur eius partes,
id est vt vna definat, altera verō succedit, ergo
nec Deus poterit restaurare rem successiuum,
cū magis sit sem restaurare, quam eam con-
feruare.

R
espondeo hoc esse verum modò non im-
plicet,